Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



120

nichil differat. In bonis dilatio nocet. in his quo ex
pedit. differre impedit. Absit in bonis remissa seg
nities. absit negligentia torpens. Vicio pigricie
peul sit. uicia enim capiant inertes. Et corpore enim
uires & ingenio defluit. negligentia & torpor
dissoluunt animum. desidia natura corrumpit. de
sidia refrigescit ingenium. torpor enim exsupat mi
tem ut sensum. Hebetudo scientie lumen extinguit.
sollertia autem meliorem reddit. Peiorem facit negligen
tia. sensum desidia obtundit. Segnitiem industria acuit.
ardentem fit ingenium subiuncto studio. tardiora inge
nia studius acuunt. Corpore naturae industria exci
tat. sensus tardiatem assiduitas acuit. exercitatio
ne proficit sensus. experientia plus scitatur. Sepe excon
suetudine natura effecta est. assiduitas enim mores
facit. iugis usus in natura se mittit. Omnia usui cedunt.
usui omnia parent. Res ita se agit. ut usus erit. quo
cum difficultate cepis. pusum cum uoluntate proficies.

Nescis. sapientia melius. De sapientia & ignorantia
nichil prudentia dulcius. nichil scientia suauius.
nichil stultitia peius. Excellentior fit natura doctrina.
Nichil insipientia deterius. nichil ignauia turpius.
Ignorantia mater erroris est. ignorantia uiciorum nutrix
est. Peccatum magis per ignorantiam prualet. Et inprimis
namque multi peccant. Indocti enim facile decipiuntur. stulti
in uicia cito delabuntur. Prudens autem cito deprehendit in
sidias. prudens celeri errores agnoscit. Noxia minuta
mium nisi per sapientiam. Sapiens omnia prudenter examinat